

ita subdit: Acerca de lo qual se ha de aduertir, que esta censura de la Bulla liga tambien à las personas Ecclesiasticas, que hazen lo que en ella se prohibe, que no es licito auocar à si las causas, aunque sea por via de fuerza, como expresamente lo dize la clausula, y lo aduertien Cayetano, y Suarez. Y quanto à las fuerças se ha de aduertir, que los Reyes, y Governadores del Reino pueden, quando en realidad
 65 ¶ de verdad se haze agrauio y fuerça, remover los impedimentos que estoruan la paz, tranquilidad y buen gouerno del Reino, y suplicar à su Santidad conforme à vn capitulo de derecho. Y aun se colige de las palabras de la censura, que dize: *Nisi supplicationes huiusmodi coram Nobis, & Sede Apostolica legitime proficiantur*, para que desta manera su Santidad mejor informado de los inconuenientes que ay, suspenda la execucion de sus letras Apostolicas, y ponga el remedio al dafio, que de su execucion se podia seguir, como dize el Padre Fray Manuel Rodriguez, siguiendo à Vualdo, Nauarro, y Cortoua, la palabra, *Sub pretextu*, queda declarada arriba, dize que quiere dezir lo mismo, que *facile*.

In id ipsum etiam tendant omnes alij Doctores, qui merito affirmant, in nullas censuras ¶ incidere eos, qui ex iusta & legitima causa à iure Pontificio approbata suspendunt executionem litterarum Apostolicarum ad melius informandum Summum Pontificem, & vt eiusdem spectetur secunda iussio, *glossa in Authentico de mandatis Princip. §. si quis autem*, teneat Abbas. 2. Zabarella g. 1. Ripa n. 17. & ceteri communiter Doctores in cap. si quando de rescriptis, Matara disputatione 1. num. 19. Barbosa in collect. ad cap. si quando in additis, super verbo *Quare adimplere non possit*, probat Rodoanus in tractat. de rebus Eccles. g. 49. n. 23. vbi inquit,
 67 quod excommunicatione ¶ lata per Papam contra sibi legitime resistentem non ligat quod ad Deum. Plures Doctores adducit Anguianus in tract. de legibus, lib. 1. controuer. §. n. 7.

Adiunt etiam in his terminis verba Palatii Rubei in libello seu tract. de benefic. vacan. in Curia, §. 7. per totum, & §. 12. ad fin. ibi: Et per
 68 hoc ¶ defendi satis probabiliter potest id, quod nos Regij Consiliarij quotidie in Regio Senatu facimus; precipimus enim, quod quando aliqua littera Apostolica emanauit, &c. superfedeatur in executione, donec littere ad Regium deducantur Senatui; vt videatur, an aliquid in eis contineatur, quod Reges, vel patronos laicos tangat, quo cognito supplicetur humiliter Papæ, vt sua Sanctitas dignetur informari de veritate, & Regis, vel patronorum, vel filiorum patrimonialium grauamen reuocetur, nec per hoc (vt arbitror) excommunicationem, vel alias penas incurritur, cum iure, & Papa permittemibus hoc facimus, vt ex iam dictis satis patet, & plene dico in cap. ex eo de penitent. & remission. in reuocell. hinc Palatius. Tenent etiam in his terminis Azebedus in l. 14. tit. 3. lib. 1. Reopul. Gaffis in decis. Aureis, casum conscientia, part. 1. lib. 4. c. 18. n. 119. & n. 120. & alij plurimi citandi inferius, cap. sequenti, num. 25.

Hoc etia in his terminis declarauit Summus Pontifex, *Adrianus Sextus*, ¶ dum in Bulla loquendo de iure patronatus Regij (quam ad litteram adduximus in tractat. de Reg. protectio-

ne, 3. part. cap. 10. à num. 10.) ita ait, ibi: *Et quascumque litteras Apostolicas, desuper quolibet pro tempore concessas, etiam quascumque derogationes quorumvis iurium presentandi, etiam cum quibusvis efficacissimis, & pragnantissimis clausulis in se contentis, nullius roboris vel momenti existere, vique ac dictos successores vestros, seu vestram aliquem illis nullatenus parere debere: & ob non paritionem huiusmodi, aliquas etiam in eisdem litteris contentas censuras, & penas nullatenus incidere posse, &c.* Hactenus *Adrianus Pontifex*.

Alias autem doctrinas, quæ omnino conueniunt materiæ & declarationi huius capituli, videamus infra, cap. sequenti, à num. 10. & sequentibus. Non tamen omittam eas; quas scriptas reliquit Pater Enriquez, quæ miro modo conducunt rei, de qua agimus, ac propterea eius verba ad litteram referenda erunt.

Ipsè igitur in 3. tomo Summa tractat. de Pontificio etiam lib. 2. cap. 16. §. 1. ita loquitur: Pontifex in Bulla Cæne Domini prima facie videtur tollere executionem, quæ Iudices ¶ Regij sub pretextu violentiæ, se ingerentes supplicam, vel supplicari faciunt à parte litigante, aut Fiscali ad Papam melius informandam. Pontifex vetat fictum pretextum A, admittit tamen ita supplicari sub pretextu probabili violentiæ, B quæ illata creditur (aut si vis impeditur, timetur inferenda, vt explicabitur, cap. 17. §.) Si modo ¶ dictas supplicationes coram Sede Apostolica legitime proficiantur illi, quorum interest: C quæ verba non cogunt, vt de singulis impeditis litteris Apostolicis statim mittatur peculiaris informatio Pontifici; cum ¶ enim multa quædam ferè derogationes passim à Roma in Hispaniam afferantur, contentus esse solet vna generali allatione ¶ litterarum, seu ea informatio, quæ Pontifici per annos aut per statuta tempora à legato Regio offertur. D Hæc enim censetur multorum negotiorum specialis informatio, cum in virtute contineat varias supplicationes, & informationes, quas sigillatim Iudices Regij adhibere possent pro temporum, & causarum opportunitate, nam repetitio, & delatio singularum supplicationum, & informationum ¶ est Papæ in grauissimis, & penè infinitis Orbis negotiis adstricto minus grata, imò valde molesta, & inutilis, nec commode possit, aut velle, singula etiam minutissima expedire, E & ob prolixitatem causæ nimis passim expensis grauamur partes litigantes, quatum interest. Et succumberet ¶ pauper, qui pecunias pro tam longo itinere non habet, periculūque esset, in tanto negotiorum numero apud Iudices tam longè positos taceri verum, & in actibus processus, aut litteris expeditis admiseri fallam informationem, F quæ vt constat, suauem esse statum, iugūque temporalis legis Euangelicæ, decenter ¶ Pontifices sinunt, quædam negotia Ecclesiastica expediti per Iudices Catholicos, salua semper Pontificis autoritate, & reuerentia, &c. Hactenus Doctissimus, & Religiosissimus ille vir.

Cui doctrinæ rectè consonant obseruatio quædam singularis, & non ab similibus Luce de Pena in l. cum ad salutissimam, C. de quibus muneribus, vel præstationibus, memini licet se excusare à num. 2. vbi tractans de aditu ad Sedem Apostolicam pro imponendis, & exigendis muneribus seu

feu exactionibus ab statu Ecclesiastico in utilitatibus, & necessitatibus mixtis, & communibus publicis, ita ait. In iis quæ bonum commune directè respiciunt, & ipsi Clerici non minus quam laici commodum exinde consequuntur, non est opus, quod proinde Romanus Pontifex adeatur: argumento supra de thesaur. l. 1. post principio; ff. de condition. institution. que sub conditione, §. vltimo 24. quest. 1. capitul. 1. Satisque absonum videretur, vt pro modica pecunia, quæ fortè alicui villæ immineret in iis casibus exoluenda, vt Romanus Pontifex in longinquo consistens necessariè proinde consulatur. Iam pluri tunc esset oneris, expensarūque subitio, quam commodi ex contributione Clericorum illatio, quod lex abhorret, supra de annonis, & tributis; l. mediterrane, ff. de iudiciis, l. sed & si suscepit, §. 2. & l. si longius, §. 1. Hoc enim potius esset, pauperes vniuersitates, portione contingente Clericos, & Ecclesias pro maiori parte defraudare, quam grati Consilij super hoc munus impendere ad hoc in Authentica de iudiciis, §. ne autem. Item quia vbi per præscriptas leges facta prouisiō inuenitur, non est verisimile, quod Romanus Pontifex se consuli specialiter reseruauerit argument. ff. de aliment. legatis, l. alimenta, §. Basilica, & l. si Stichus de verborum obligation. l. doli clausula, ff. de pen. sanctio, & lib. 6. de prebendis, cap. dudum, & cap. quamuis tibi, &c. Et inferius ibi: Verisimile est igitur, quod ipse nolit vterius suas aures molesteri super eo, quod est per leges tam salubriter definitum, diel. l. 1. supra de thesauris, &c. Quæ ad idem referunt, & sequuntur Auileus, Rebuffus, Mexia, & Nicolaus Balui laudati à Castillo in tractatu de tertis, c. 9. num. 33. & 36. & conducut, quæ laurus diximus hac 1. par. cap. 1. §. unico, per totum.

Adhuc & ipse Henriquez in gloss. eiusdem, §. 1. multa notabilia ponit in comprobationem eorum omnium, quæ dicit in eius contextu, quorum aliqua specialia annotatione digna repetam; dicit igitur ibidem littera A. in hæc, cap. 12. §. 1. P. & tunc Iudex incurrit excommunicationem infra, cap. 21. §. 2. nam vox (pretextus) includit dolum, puta, dum ¶ pars aut Iudex, vt malitiosè contra iura differat licem & causam effugit; cur aut iterum atque iterum habere recursum ad Regia Tribunalia, & opponit titulum simulatum de prohibenda vi, accipitque in quendam fictum pretextum & colorem, quando constat, nullam subesse vim, Michael. Thomasius & Salmantini, & Compluteni ¶ Theologi, ac Iurisperiti Moya, Frater Gallo, Frater Bartholomeus de Medina, Noster Deza, Auditor ille Atienza (qui fecit recopiationem legum) & praxis hæc ita à peritis & timoratis Auditoribus defenditur, & citat cap. 12. §. littera M. N. &c. Ad id autem quod hic dicitur de dictione (Pretextus) vide quæ in comprobationem adduximus Nos in tract. de Regia ¶ protectione, i. p. cap. 2. num. 16. 17. & num. 18. in propositum eiusdem significationem ponderantes, & hoc cap. à num. 111. & seqq.

Qui Henriquez sub littera B. vbi dixerat admitteri in Bulla supplicationem pretextu probabili violentiæ, ita glossat: *Quia in rebus humanis non est querenda certitudo euidens*, cap. 19. §. 3. littera F. Et Iudices ¶ auditis advocatis visum processum diligenter examinant, non vt deci-

dam principalem causam Ecclesiasticam, tanquam Iudices, sed examinant de aliis, vt explorant an in se violentia, de qua principaliter ¶ cognoscunt: & qui habet ius ad cognitionem circa finem pro bono communi; habet & ad media proportionata, vt auferatur vis; vt autem tutius procedant, habet Rex privilegium Papa aut tacitum eius consensum ex consuetudine immemoriali, &c.

SECTIO I

Oppressio supplicanti ad Sanctissim. incumbit supplicationem prosequi, cuius desidia, aut culpa Regis Regalia nec imputari, nec obesse potest.

S V M M A R I V M

Supplicationem à litteris Apostolicis, quas partes interponunt, vel per Senatui interponere iubentur, Regius Fiscalis prosequi suis aut Regis expensis non adstringitur, num. 81.

Senatu vbi reperit causam retentionis litterarum legitimam in eodem decreto simul solet in aliquibus casibus iudicare, vt pars, cuius interest, supplicet Sanctiss. num. 83.

Bulla Cæne eo solo contentatur, vt Rex supplicet à litteris, vel supplicare faciat, num. 84.

Diuisio (aut) est alterutaria, & sufficit alterutra adimpleri, num. 85.

Sive dispositio, qua apponitur, sit affirmatiue, siue negatiue concepta, ibid.

Bulla Cæne verba declarantur, vt vnusquisque tam Rex, quam pars suas supplicationes prosequatur, num. 86.

Singula singulis congrue referenda sunt, vbi ad plurima singularia inferunt, ibid.

Manutentionis, & immisionis simul petitio si ad sunt bona possessa, & non possessa, suslinetur, referendo singula singula, ibid.

Si præcessit dispositio distributiva inter aliquos, & sequatur clausula generalis copulatiua, intelligitur distributiva inter illos, ibid.

Regi de iure permittitur tollere violentiam illatam ex litteris Apostolicis in damnum Reipublicæ impetratis per executionis suspensionem, num. 87.

Supplicationem prosequi coram Sanctissim. in priuatis negotiis non Regi, sed parti, cuius interest, incumbit, num. 88.

Impetrans, cuius Bullæ detinentur post examen rari Senatus, merito diffidens de secunda iussione, causam deserit, cognoscens Sanctiss. nouiter, & verius informandum, num. 89.

Litteris desertis per impetrantem ob legitimam retentionis causam supplicationis prosequenda obligatio videtur cessare, num. 90.

Appellans consentiendo grauamini renouari appellatione, & inhibitioni appellationis virtute expedita, num. 91.

Supplicans à litteris Apostolicis nullo termino est adstrictus ad eam supplicationem prosequendam, num. 92.

Ponderantur verba Bullæ Cæne, ibi, legitime prosequantur, vt intelligantur cum partis citatione, & causa cognitione, num. 93.

Parte supplicante à litteris citata, & non comparente, secunda iussio obtemperatur in Senatu, num. 94.

Recurfus præcedens legitime interpositus in litterarum retentione, non redditur illicitus ob non prosequatam supplicationem per oppressum interpositam, num. 95. & sequentibus.
 Actus licitus respectu principij, & prohibitus respectu finis, illud attenditur, ut licitus iudicatur, num. 96.
 Prescriptio inchoata tempore permisso, completa tamen tempore prohibito licita iudicatur, n. 97. & seqq.
 Finis quando habet necessariam consequentiam ad principium, non finis, sed principium attenditur, ibid.
 Quod secundum legem factum est, ex euentu non retractatur, num. 98.
 Prescriptio bona fide inchoata, & perfecta, per superuenientem malam fidem non redditur illicita, num. 99.
 Rex per suum legatum per annos refert Pontifici supplicationes, num. 100.
 Et plures referuntur legati Regij missi ad Pontificem, ut conferrent hanc retentionis materiam, ibidem.



Verum autem ipse Pater Henricus dixerat in contextu: Si modo dictas supplicationes coram Sede Apostolica legitime prosequantur, &c. iustam litteram eiusdem Bullæ (de quo superius, num. 70. ubi ad litteram hunc Auctorem retulimus) ita glossat ibidem, in littera C. Non tamen iudices, aut Fiscalis, suis aut Regis expensis deferre singulas litteras impetratas, sed pars litigans, cuius interest, debet priuatam suam causam deferre; Fiscalis vero in generali referri Pontifici per Legatum Regium. Ita post maximum studium, & consultationem resolutus Doctor Iulianus de Castrojon, cum esset Fiscalis Senatus Regij, & eam praxim Senatus probant viri sapientes, &c.

Quæ verissima doctrina, & assertio ex plurimis alijs exornatur, & roboratur. Etenim Senatus Regius, quando indagata causâ propositionem litterarum repetit, easque retineri decernit: in eodem simul iniungit decreto, & præcipit, ut ad suam Sanctitatem supplicet pars oppressa. Quo solo, quantum attinet ad Regem his in causis & negotiis, suum auxilium præstantem oppressis, Summus ipse Pontifex in eadem Bulla contentatur, ut & clarè tamen indicant eiusdem verba, ibi: Etiam sub prætextu violentiæ prohibende, vel quod ad Nos informandos (ut ipsi aiunt) supplicauerint, aut supplicari fecerint, &c. Ponderata illa dictione distributiva, & aduersatiua (aut) appositâ inter illas bipartitas orationes supplicauerint, relata ad partem cuius interest executionis suspensio: & aliam supplicari fecerint, relata ad Regem & Senatuum, qui hoc onus oppresso expressè imponere assolent, ex qua sufficit tamen alterum adimpleri, si heredi plures, ff. de conditionibus instituti l. plerumque, §. final, ff. de iure dotium, l. qui stipulatus fuerit, in fin. ff. de verbor. obligationum cum pluribus similibus. Quod procedit siue dispositio sit affirmatiua, siue negatiua, quia si utatur hac dictione alternatiua (aut) similiter operatur, ut sufficit alterum adimpleri, latè Cenedus singulari. 6. num. 3. Barbos. in dictione. 46. à princ. & num. 3.

Cum enim hæc Bulla primitus loquatur alternatiuè, & distributiue de Regibus, seu parte tamen patiente quoad supplicationem interponendam, ibi (Supplicauerint, vel supplicari fecerint) nempe quando Reges supplicant, quod tunc accidit, quando causa immediatè, & directè tangit ius Regis, vel generaliter ius publicum Regni, quia tunc Fiscalis Regis supplicat, iuxta doctrinam inferius, num. 159. & sequentibus, latius etiam in cap. 13. à num. 53. versiculis. Ex quibus omnibus mirabiliter, & per totum, cap. præsertim, à num. 6. versic. Quibus tamen, & alijs, & à num. 57. vers. Quam nostram resolutionem.

Quando autem negotium tangit ius partis particulatè, & priuatè; tunc ipsa pars supplicat, quam supplicare faciunt, & expressè decernunt Senatores. Idcirco verba illa alia generaliter, indifferenter, & indistinctè & copulatiue prolata per dictam Bullam postmodum subsequuta, ibi: Nisi supplicationes huiusmodi, &c. Legitime prosequantur, distributiue & discretiue accipienda, & intelligenda sunt, singula singulis congruè referenda iuxta præcedentem distributionem, & alternatiuam; ut et incumbat supplicationem prosequi, qui eam amittit, attendita significatione vocabuli, Prosequantur, quod non verificatur nisi in incipientè, & eandem supplicationem emittente, iuxta tunc expressè, in cap. cum sit Romana, de appellatione, & relatione, ibi: Quod si is qui appellauerit, causam appellationis non fuerit prosequutus, &c. cap. personarum, cap. ex ratione eodem titulo, cum inhinitis alijs. Sicque de necessitate referenda sunt ad proponentem; etenim quoties præcedit dispositio, & clausula distributiua inter aliquos, & subsequitur generalis copulatiua omnes complectens, intelligitur eodem themate retento, distributiue inter illos, singula singulis referendo, Rotæ decis. 611. num. 3. & 4. penes Farinacium in posthumis, tom. 1. & decis. 568. num. 3. & decis. 206. num. 4. optinè Mantica de contrahibus, lib. 2. tit. 3. num. 18. & supra, & in singulari casu Burgos de Paz, quest. 1. num. 3. bona doctrina Viaiani de iure patronatus, part. 2. lib. 13. cap. 8. num. 249. idem Farinacius tom. 1. nouiter nouissima decis. 160. num. 4. ubi de eo qui petit immisionem simul, & manutentionem, quod si adsunt bona possessa, & non possessa; remedia postea petita promiscuè, generaliter referuntur singula singulis, manutentio ad bona possessa, immissio ad non possessa: sequitur Ludouicus post de manutentione, obseruatione. 59. num. 75. Castanate conf. 36. num. 8. & sequentibus, Surdus conf. 362. à num. 17. lib. 3. & conf. 150. à num. 95. & in consil. 336. num. 26. D. Ioann. Baptista Valenquel Velalquez, conf. 121. num. 30. tom. 2. & conf. 171. num. 6. Alexand. Ludouic. decis. 297. num. 9. & decis. 433. num. 9. Rota decis. 605. num. 4. & 5. Seraphin. in qua alia recensentur, Flamin. Parisius de resignat. tom. 2. quest. 7. à num. 100. ubi quod si in supplicatione duo supplicantes petant res diuersas, & postea in conclusione ambo copulatiue loquantur, petendo indistinctè eadem res simul loquendo, intelligatur distributiue, non cumulatiue, sed referendo singula singulis ad præcedentem, Castillo tom. 5. cap. 86. à n. 22. (sicut nullum ex præcitatatis Doctoribus allegat) qui omnes consulendi sunt pro singularibus casibus.

Quocirca

Quocirca Regi non incumbit, omnes etiam priuatorum supplicationes prosequi, sed vnusquisque quam prorumpit; ita ut ob negligentiam & desidiam partis in eam prosequendo, iuri, & Regaliæ Regis (qui semel retentionem legitime decreuit, & supplicare simul mandauit) detrahi & obesse non potest, ut statim à n. 95. cum sequentibus, & facit text. in l. quid ergo, §. contrarium, versic. Sufficit de contr. & vili actione, vel. ibi: Sufficit tutori bene, & diligenter negotia gessisse, etsi euentum aduersum habuerit, quod gestum est, sed an vltro, §. is autem ff. de negot. gestis, l. tutor qui, §. si postum, ff. de administratione, vel. ubi si tutor capere vult iter gerere rem pupilli, licet postea malus exitus sequatur non culpa tutoris, nihil ei imputatur, sed est excusatus; quæ iura & alia plura latè exornat Præsul Dom. Ioann. Baptista Valenquel, consil. 154. à n. 14. cum multis sequentibus, tom. 2.

Rex igitur & Senatus quantum in se est, faciunt; sibi enim permittitur, & à iure tanquam tunc protectori, & in Bulla Cene Domini, interim reuerenter suspendente executionem litterarum, quoties ex ea notabile damnum in perniciem Reipublicæ temporalis, aut Ecclesiasticæ, indèque vis aliqua timeatur, ad effectum supplicandi, ad Summum Pontificem melius informandum, & ut coram sua Sanctitate supplicationem eandem legitime prosequantur partes, quibus hoc onus in priuatis suis negotiis, non alijs incumbit, ut tunc expressè Pater Henricus loco supra citatus, à n. 70. & 81. & consonat Pacius Scala in tract. de consilio sapientis, lib. 4. c. 2. §. post medium, versic. vero littera, ubi dixit, quod potius iudici est honestum, quam necessarium Principi referre, cum potius ad ipsas partes, quarum interest, quam ad iudicem reclamatio spectet.

Quæ si (postquam sibi à Rege mandatur, suam emittere tunc supplicationem) negligunt eam prosequi, nihil Regi est imputandum, sed partibus ipsis, quæ ut plurimum ita cunctantur in prosecutione supplicationis, ex eo forsitan, quod vel intollerabiles expensas metuunt, longissimumque, & periculosum valdè iter aufugiunt; vel quod altera pars impetrans (cuius litteræ suspendantur in Senatu) amplius de earum confirmatione, aut secunda iussione non curat, forsitan meritiò diffidens à sua Sanctitate iterum concedi, dum coram Sede Apostolica nouiter assertur causa probabilis, ac in Senatu detegitur legitima, post longum examen, diligenter adhibita à tot Catholicis viris, litteris & experientia ornatis, Christiano zelo summèque reuerentia Sedis Apostolicæ successis persecutantibus; que si fuissent cognita à Summo Ecclesiæ Præsule tempore impetrationis, vel non concederet, vel saltem difficilior ad concedendum redderetur.

Quæ etiam legitima causa, & ratione moti impetrantes ipsi, tamen ut plurimum consultè viam illam, & litteras deserunt, negotium asperum, aut nimis difficile, maximeque ambiguum, & infructuosè labore inuolutum prudenter iudicantes, cum Pastor Orbis (qui suam Republicam Ecclesiasticam & Spiritualem, ac etiam temporalem pacatam habere, toto desiderio conatur) secundam iussione melius nouiter informatum denegabit, nec pax publica turbetur, & bonum commune detrimentum patiat; quod quotidie ferè in omnibus his negotiis accidere videmus, & experitur. Quo supplicans

aliquo modo ad prosequendum excusatus videtur.

Quare principali fundamento sublato, neglecto, & derelicto, à quo tunc supplicatio, & cetera omnia præcedunt & dependent, meritiò & ipsa supplicatio, ac per consequens, & eius prosecutionis obligatio cessare videtur ad text. in cap. cum cessante causa, de appellatione, cum sua materia, conducent bene quæ. Nos in tractatu de Regia protectione, l. cap. 5. à num. 17. usque ad num. 21. & num. 78. ubi post multos Doctores, quod appellatio interposita à grauamine, & eius virtute impetratum rescriptum, & inde emanata inhibitiō cessant, ubi grauamen principale tacitè, vel expressè consentiat pars, vel reuoct iudex à quo, quia cum principale non subsistit, nec ea quæ sequuntur locum habent, ex iuris regula vulgari.

Videtur enim hoc casu moraliter excusatus supplicans à prosecutione, tamen qui ad eam termino nullo adstrictus est à Bulla. Quia ubi tempus non est determinatum à lege aliquid fieri præcipiente, sufficit quocumque tempore fieri, qui fundam. ff. de contrahenda emptione, Aymon Cravetta consil. 4. n. 13. Petrus Surdus decis. 26. n. 76. facit etiam text. in l. 1. ff. de ventre inspicere. & cum Riminaldo idem Surdus decis. 26. n. 4. Caldas Pereira de nominatione, emphy. lib. 1. quaest. 17. num. 24. & per B. Roman. Iasson. & Rebuffum, Castillo controversiarum, lib. 4. cap. 36. num. 11. idem in casu practico obseruant Gregorius Lopez in l. 25. tit. 9. part. 6. verbo, Del año adelante, Conartruias in cap. 3. num. 7. de testamentis, Padilla in l. cum quidam, num. 27. delegatis 2. Mieres de maioratu, l. quaest. 48. num. 2. Matienzo in l. 7. tit. 4. glossa 2. num. 2. lib. 5. Recopil. & in l. 14. glossa 1. num. 45. eodem titulo, & lib. Ioannes Gutierrez practiarum lib. 2. quaest. 46. num. 2. Castillo ubi proximè, num. 11. cum sequentibus, ubi à num. 16. nisi subsequatur requisitum, & interpellatio, post vtumque Molinam, Padillam, Sarmientum, Thuficum, Petrum Surdum, & alios; maxime agnoscentes aduersarium suum ius ex litteris habere pro derelicto.

Quò videntur tendere illa verba, dict. cap. 14. Bulla Cene Domini, ibi: Nisi supplicationes huiusmodi coram nobis, & Sede Apostolica legitime prosequantur, &c. Ponderando illud verbum, Legitime, hoc est cum parte legitima si addit, & cum causæ cognitione profectio facienda. Ut scias sit, quando impetrans instat pro suatum litterarum confirmatione, & secunda iussione coram Sede Apostolica, citato aduersario, cuius interest, & non comparente, suamque supplicationem deferente, legitime dicitur tamen prosequi, meritiòque secunda iussio obtenta omnimodo obtemperebitur, & executio vtrarumque litterarum relaxabitur, & libenter permitteretur, prout in cap. sequenti altius explicabimus, atque etiam quomodo quoad hæc litterarum relaxatio fit.

Nec ex eo quòd ex accidentibus prædictis subsecutis, absque tamen culpa Regis ob omissionem tamen supplicationis prosecutionem, cum ab eo fieri præcipiatur; erit illicita iudicanda protectio, nec recurfus præcedens, iustâ & legitima causâ iam semel præstitus, quoniam quando actus licitus est respectu principij, & prohibitus aliquo pacto respectu finis, incipitur principium, ut licitus dicatur: plura tunc congerit

Alphonfus Villagur. de extensione legis penal. à iure inflig. procurant. abortum, à num. 33. fol. 277. optimè conducunt, quæ late adducit Ludonius Molin. de maioratu, lib. 2. capitul. 10. num. 3. infinitos penè Doctores congerit Castillo controuersiarum, tomo 5. cap. 93. §. 8. à num. 23. vbi quod præscriptio inchoata t̄ tempore permissio, si profequatur, ac compleatur tempore prohibito, licita admodum & permissa iudicatur, quia attenditur initium permissum. De quo vterius erit agendum, Deo dante, in tractatu de conuersu contrariorum circa idem subiectum edendum. Sicque attendendum est principium protectionis præfate licitum, non quod postmodum accidentaliter successit ob culpam & negligentiam supplicantis.

Quia quando finis habet necessariam consequentiam ad principium, non finis sed principium attenditur, l. in ratione, in princ. §. Imperator. ff. ad legem Falcid. l. Pomponius 2. de negotiis gestis multa per Rodriguez de annuis redditibus, lib. 2. quest. 17. num. 25. Lancelotus de attemptat. 2. part. capitul. 4. num. 4. cum sequentibus, & facit text. in l. Sancimus, Cod. de administrat. tutor. ibi: Non enim debet, quod secundum leges factum est ex alio euenit retrahari;

quo fit, vt quando bona t̄ fide & titulo, & iustis initiis inchoata, & perfecta præscriptio fuit, si postmodum mala fides superueniat, præscriptio ipsa legitima reputatur, ita vt nec præscribens restituere teneatur, t̄ siue iuris ciuilib, siue Canonici iuris regulas attendamus, vt cum magis verè, & communi opinione refidet glossa in c. vigilanti, verbo temporis, de præscript. vbi Innocentius, Hostiens. Abbas, Bald. Felin. Butrius, Collectarius, & alij, Ioannes Andreas, Ancharan. Philippus Franchus, & Petrus Pechius in regula possessor. de regulis iuris, lib. 6. Didacus Couarruuias ibidem 3. p. §. 2. num. 1. Bartol. in extraneagant. ad reprimendum, verbo, De renouatione. Angelus in l. 1. num. 59. Cod. de iudicio, Iasson. in l. post diuisionem, Cod. de iuris & facti ignorantia, & innumeris alij, quos referunt, & sequuntur Tiraquell. in tractatu cessante causa, limitation. 12. num. 16. Menchaca lib. 2. controuersiarum Illustris. cap. 74. num. 1. Balbus de præscriptio. 2. part. 3. part. principal. quest. 9. num. 1. Eucardus Broncoff. antimonia. centuria 4. assertio. 7. Zeballos communem contra communem, quest. 657. per totum, & quest. 729. num. 20. Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 6. num. 5. & notissimè Pater Gilkenius, qui vtriusque opinionis Authores, & argumenta recenset in tractatu de præscript. 2. part. memb. 2. c. 8. per totum, & ex Theologis idem probant, & defendunt Dinius Thomas quodlibeto 12. artic. 14. Paludan, & Maior. in 4. sententia, distin. 15. quest. 11. Dominicus Sotus lib. 4. de iustitia & iure, quest. 5. art. 4. Angelus in summa, verbo, Præscriptio, §. 26. Siluester, eodem verbo, num. 13. quod & Iuperius citati Doctores tenent.

Et insuper prædictis etiam congruit, quod ipse t̄ Pater Henriquez vbi supra ad litteram, à num. 60. & sequentibus, relatus prosequitur in Glossa littera D. ad comprobationem illius propositionis à se firmate in contextu, ibi: Consentus esse solet Papa vna generali aliatione litterarum, seu ea informatione, qua Pontifici per annos, aut per statuta tempora à Legato Regio offertur, qui quidem, in Glossa dicta littera D. in hæc

inquit; Sic à Rege Catholico Ferdinando missus est Palatius Rubens ad Pontificem, vbi edidit libellum de beneficiis vacantibus in Curia; per Philippum Secundum ad Pium V. missus est Franciscus Vera (quem postea creauit Consiliarium Regium) cum Marchione de Alcañizas & per alios Legatos suos id sepe facit Rex. Item cum Cardinali Alexandrino missio in Hispaniam à Pio V. anno 1572. hæc praxis, & cum Nuntiis late disputata, & tractata est: Carolus V. Imperator, & Rex Hispanie misit Ioannem à Vega Legatum ad Pontificem, qui postea fuit Prorex Sicieliæ, Præfex Senatus Regij, item Franciscus de Vargas (qui fuerat Fiscalis) missus est Legatus, qui defendit conuictam praxim Hispaniæ, &c. hæc tenet Henriquez.

Ac iterum ipse Henriquez in cap. 11. §. 3. in glossa littera V. affirmat, Regem per suum Legatum, certis temporibus monere Pontificem de statu istorum negotiorum.

Huius Authoris idem tam exactam volui facere specificam mentionem, tum ob eius grauitatem, religionem, & insignem scientiam cunctis notam; tum etiam quia iste liber de Pontificis clauis, ita facile præ manibus non habetur.

SECTIO II.

Bulla Cœnæ non recipit intellectum exclusiuum recursus, vt prouenientis ex incommutabili iure naturali.

SVMMARIVM.

Defensio vi oppressi: non prohibetur in Bulla Cœnæ per Principes legitime præstanda, & omni iure debita, num. 101.

Pontifex est fons, & origo iustitiæ, & pater pacis, num. 102.

Defensio vt tollatur, à nulla constitutione sumenda erit interpretatio, num. 103.

Defensio nec in specie tolli potest per aliquam dispositionem, num. 104.

Defensio differri, modificari, & variari potest, num. 105.

Defensio prouenit à iure naturali, Diuino, Canonico, & Ciuili, num. 106.

Defensio à nemine potest tolli proueniens à iure naturali, num. 107.

Defensio, nec à Principe tolli potest, num. 108.

Defensio nec per Papam tolli potest, num. 109.

Defensio, nec directè, nec indirectè potest tolli, num. 110.

Verba Bullæ Cœnæ ibi, (sub prætextu violentia tollenda) intelliguntur, quando fit colore malitiosè impeditur litterarum Apostolicar. executio, num. 111.

Lex tollens defensionem interpretatur de defensione friuola non de legitima, num. 112.

Et intelligitur tollere defensiones ciuiles, non naturales, num. 113.

Nec enim in dicta Bulla Cœnæ Domini necessaria defensio t̄ prohibetur vi oppressis, legitime per Principes præstanda, ab eisdemque omni iure naturali debita, cum affixa sit vileceribus Coronæ, & dignitatis, Regaliisque officij, vt sæpe diximus supra cap. 1. hac 1.

hæc 1. part. & latius in specie dictæ Bullæ comprobauimus in tractatu de Regia protectione. 1. part. cap. 1. preclud. 5. à num. 232. cum multis sequentibus. In quo vniuersi Doctores dictam Bullam Cœnæ enucleantes in hoc eodem consonant, & vniformes conueniunt, prout est videre Iuperius hoc cap. à num. 54. & sequentibus, vltra quos plurimos allegat alios Diana resolut. moral. tomo 1. tract. de immunitat. Ecclesiastica, resolution. 6. per totam (quitandem contra nonnullos resoluat in dicta Bulla Cœnæ non comprehendit cognitionem per viam violentiæ quam Principes & Reges habent.)

Nec tam absonus intellectus capiendus erit à Sancta & Christiana intentione Pontificum conditorum præfate constitutionis (cum sint fons & origo t̄ iustitiæ, & patres pacis) velle tollere miseris vi oppressis hoc refugium tam salubre, tamque necessarium vniuersali Reipublicæ.

Sicuti à nulla alia lege, statuto aut constitutione talis intellectus sumi t̄ debet, vt tollatur defensio, vt notauit Dominicus in cap. dilect. de litis contestatione in glossa 3. in fin. lib. 6. Decius in cap. ex parte el. 2. num. 77. de officio delegati, vbi etiam Felinus num. 99. idem Felin. in rubrica de exception. in principio, Cæsar Contardus in repetition. l. diffamari, num. 4. C. de ingenus & manumiss. vbi ponit differentiam, quando statutum tollit defensionem, & quando exceptionem, & hoc non sine ratione; quia defensio nunquam censetur per legem, statutum, vel aliam quamlibet dispositionem sublata, Clem. pastoralis de re iudicata, l. 1. §. cum arietes, ff. si quadrupes pauper. fecisse dicat. Natta conf. 119. num. 13. lib. 1. Curtius Iunior. conf. 235. num. 12. & 13.

Imò nec in specie potest tolli defensio per aliquam dispositionem, Kirchou. in commun. opinionib. cent. 4. conclus. 62. num. 34. vbi alios allegat; Bonacosta in question. crimin. lib. 1. in verbo Defensio, in fine, & in 2. lib. 1. in verbo Defendere, per totum, Beccius conf. 51. num. 9. Carolus de Grassis in tract. de exceptionibus exception. 21. num. 1. & 3.

Et licet possit defensio differri, modificari, & variari t̄ iuxta Abb. in c. cum olim, num. 22. de appellat. Alexand. conf. 225. num. 11. lib. 6. Roland. à Valle conf. 19. num. 39. & 40. lib. 1. Vantius in tract. de nullis. rit. de milli. ex defectu. citata; num. 19. in fine, Inlttegol. conf. 23. num. 201.

Nihilominus defensio, cum proueniat à iure naturali, t̄ Diuino, Canonico, & Ciuili, cap. non inferenda 23. quest. 3. l. sciendum, §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil. l. 1. Cod. vnde vi, notat Matfil. in l. vnicus, §. cognitorum, num. 56. ff. de questionib. & in l. vt vim. ff. de iustitia & iure, & conf. 4. num. 4. & in §. quoniam, num. 76. glos. in §. quod verè instituta de iure natural. gen. & ciuili. Curtius Iunior conf. 235. num. 11. Beccius conf. 51. num. 80. Neuzan. conf. 61. num. 43. Goufredus conf. 248. num. 20. Maluasia conf. 14. n. 9.

Et cum ius naturale sit immutabile, §. ius natural. instituit. de iure natural. gen. & ciuili. à nemine potest tolli t̄ defensio, quæ eo iure proueniat, Matfill. in practica. crimin. in §. vltima quest. num. 23. & 31. & conf. 8. num. 30. & conf. 16. num. 24. & conf. 25. num. 52. Beccius conf. 51. num. 9. Brunus in suo repertorio, in verbo, De-

fendere, Bonacosta in dicto verbo, Defendere, Caraita super Ritum Regni Neapolitan. ritum 220. num. 13.

Imò nec per Principem t̄ potest tolli defensio, Beccius dict. conf. 51. num. 9. Matfillus dicto conf. 8. num. 28. & 81. num. 43. & conf. 73. num. 52. Borell. super præmat. adia litium, §. 2. glossa 4. num. 38. Ioann. de Amicis, num. 117. num. 6. Marius Anguifol. conf. 42. num. 13. Gramat. conf. 150. num. 2. in ciuili. Carolus de Grassis de exception. excep. 21. num. 5.

Et quod plus est, nec etiam t̄ per Papam potest tolli defensio, Matfillus in practica. §. quoniam, num. 79. & dicto conf. 16. num. 22. & conf. 25. num. 52. & 81. num. 43. & conf. 73. num. 52. Borellus vbi proxime, & Grassis num. 5. & 6. vbi dicit: Quod nec directè, nec indirectè tolli t̄ possit defensio, Marius Anguifol. conf. 76. num. 19. Beccius dict. conf. 71. num. 9. Ideoque nullatenus intelligendum erit, voluisse per dictam Bullam, Papam tollere iustam, & legitimam defensionem miseris vi oppressis, vt clarè indicant verba eiusdem, prout latius explicauimus de Regia protectione, 1. p. cap. 1. preclud. 5. à num. 232. & seqq.

Et præsertim illa, sub prætextu violentia tollenda, t̄ vt intelligatur, quando hoc quærit colore friuolè, & calumniosè impeditur iustitiam dictio Ecclesiastica, & Bullatum Apostolicarum executio, vt in specie ponderauimus, dict. tract. de Regia protect. 1. par. cap. 2. num. 16. & 17. & supra hoc cap. num. 77. & seqq.

Et quia lex quæ tollit defensionem sic intelligi, & t̄ interpretari debet, vt solummodo tollat friuolas, inanes, & non legitimas, & iuridicas, vt probant Bartol. in l. omnes populi. in penult. column. versicul. Vltimo quero, ff. de iustitia & iure, & in l. 1. §. 1. ff. quod vi aut clam, Alberic. de Rollar. in 1. part. statuto. quest. 65. Paul. de Castro conf. 183. col. 3. Hippolitus de Matfill. conf. 16. num. 1. & conf. 64. n. 5. & in præf. §. vltima quest. num. 1. & 32. Iasson. in l. 1. col. 2. C. de Sacrosanct. Eccles. Carolus de Grassis in tract. de exception. exception. 21. num. 7.

Atque etiam censetur tollere defensiones ciuiles, non autem defensiones naturales, t̄ Bald. in cap. à nobis in fin. de exception. Felinus in cap. cum dilecti, col. 5. eodem tit. Matfillus conf. 75. num. 51. & conf. 31. num. 42. & conf. 72. num. 51. & in præf. dict. §. quoniam, num. 78. Camillus in verbo defensio, in principio, vbi alios allegat. Carolus de Grassis dict. exception. 21. num. 8. vbi num. 10. post Bart. in l. facultas, C. de iure fisci, lib. 10. Felinus in cap. dilecti, num. 7. de exceptionib. Cumian. super ritum Magnæ Curie, cap. 40. num. 42. Quod censetur lex tollere defensiones facti, non iuris; quapropter hæc defensio cum proueniat à fonte perenni, & origine iuris naturalis incommutabilis & perpetui, quo omnia animantia imbuuntur; nihil mirum, vt hæc Bulla Cœnæ Domini minimè comprehendatur, nec intelligatur ex hæcenus dictis & aliis pluribus dicendis inferius 2. p. cap. 20. à num. 76. & seqq.

SECTIO III.

Bulla in Cœna Domini, quantum attinet ad protectionem vi oppressorum in his Ecclesiasticis causis, non fuit recepta in Hispania.

SVM MARIVM.

Bulla in Cœna in his, qua attinent Regiam Regis in tollenda vi, & retentionem Bullarum iusta causa factam in Hispania non fuit recepta, num. 114.

Lex non recepta, nec moribus vrentium comprobata, non ligat, num. 115.

Legis non recepta transgressor non dicitur, illam non servans, num. 116.

Lex sub conditione lata intelligitur, si moribus vrentium approbetur, cui tacite conditioni subijciatur, num. 117. & sequentibus.

Etiā si habeat clausulam irritantem, num. 118. & 119.

Dum disceptatur super constitutione Pontificali, an fuerit recepta non ligat, num. 120.

Lex Canonica non ligat, ubi est verisimile, Papam ignorare rei difficultatem, pro tali loco, vel tempore, num. 121.

Contravenio, & observantia contraria paulatim tollit vires legis, & censuras, etiam si ab initio cum peccato fuerit introducta, num. 122.

Dubitans, an constitutio excommunicationem imponens sit recepta, iustus est contraveniens, ibid.

Lex Pontificia non recepta à maiori parte populi preterea rationabilis causa non obligat, n. 123.

Leges humane tam Civiles, quam Canonice non recepte non ligant, nec obligant, ibid.

Lex Canonica ex tempore, loco, & causa intelligitur lata, atque ex eorum diversitate temperari, num. 124.

Divus Paulus per singulas Ecclesias vulneribus medetur, num. 125.

Vno collyrio omnium oculos curare imperiti Medici est, ibidem.

Pontifex universo præstet Orbi, & singulorum Regnorum Mores facile ignorat, num. 126.

Vnaqueque Provincia abundat in suo sensu, & variis corporis, & animi inclinationibus ducitur, num. 127.

Patria moribus multa leges non conveniunt, numer. 128.

Pontificis ignorantia, de moribus Regni in dubio presumenda, num. 129.

Mores singulares gentium sequi debemus, n. 130.

Leges Pontificie multae non recepte in aliquibus Regnis, quia eorum moribus non conveniunt, n. 131. cum seqq.

Ecclesia Orientalis ius Canonicum non recipit ob morum diversitatem, num. 132.

Concilium Tridentinum in aliquibus Regnis non obligat, quia non receptum, num. 133.

Tridentinum in capitul. 17. section. 24. in Hispania non est receptum, quia antea, & post uni plurā simplicia conferuntur, num. 134.

Constitutio. 9. Iulij 3. non est in usu in Regni Hispanie, num. 135.

Constitutio Pij V. de non conferendis beneficiis resignatis consanguineis Episcoporum in Hispania non fuit recepta, sed ab ea supplicatum, num. 136.

Constitutio Gregorij de facienda publicatione resignationis, aut permutationis beneficiorum facta coram ordinario non est in Hispania recepta, num. 137.

Bulla Clementis de largitione munerum Religiosa prohibita, non fuit recepta, num. 137.

Leges Pontificie non obligant, non recepte, n. 139.

Motus proprius Pij IV. de professione Fidei in aliquibus religionibus, non ligat, quia non recepta, num. 140.

Bulla Gregorij XIV. de immunitate Ecclesiarum in Hispania non fuit recepta, num. 141.

Regula Cancellarie circa conservatores alieubi non fuit recepta, num. 142.

Bulla Cœna quoad Capitula tangentia Regiam protectionis non obligat in Hispania, quia non fuit recepta, num. 143.

Lex habens plura Capitula quoad non recepta non ligat, quoad caetera sic, num. 144.

Censura pro parte Canonice recepti ligant duntaxat, non pro parte non recepta, num. 145.

Consuetudo Provincia attenditur, & observantia ad institutum alius, sine licitis, aut illicitis, num. 146.

Ad valorem Constitutionis, census attenditur consuetudo, & observantia Provinciae, num. 147.

Sed quando dicta Bulla in aliquo offenderet Regalia, & præminencia Regis, omni iure ꝑ protectionis legitimi Reipublice Ecclesiasticae & temporalis, vt supra probatum est, cap. 1. huius tractatus, & cap. 1. & 2. in tractatu de Reg. protection. immemorablem consuetudine munito, de quo amplius egimus eodem tract. cap. 1. à num. 102. cum multis sequentibus. (quo te remitto) tantorumque doctissimorum Doctorum iustificatione, & fundamentis fulcito, & comprobato, quos accurate congregavimus, hoc eodem cap. à princip. & signanter à num. 54. quando in eadem Bulla ita exprèsse (provt hæcenus vidisti) non foret permissus (iusta & legitima causa existente) iste retentionis Bullarum usus: tunc iudicatur Rex ob non receptam dictam Bullam in his Regnis Hispaniarum quantum ad illam eius partem duntaxat, quæ postet Regie Regalia in propulsanda violentia inter suos subditos indistinctè obesse, cum & ante ipsius Bullæ promulgationem per tempus immemorabile semper hac prærogativa, & præminencia (visceribus regiminis & Coronæ adhaerente) usus est, & post eam usque nunc absque intermissione, & interruptione aliqua vitatur, & à cunctis subditis & vassallis, quomodolibet vi oppressis indistinctè postulat, eisdemque frequenter impertitur, cum moribus, & privilegiis horum Regnorum, inconueniens in hac parte tantum fuerit iudicata: quam considerationem licet alibi fecerimus, in tract. de Regia protectione, 1. part. cap. 1. præludio 5. à num. 315. nouiter aliis medijs hic erit profequenda, & alius, alitèrque consideranda.

Ceteri namque iuris est, legem, & dispositionem Principis non receptam, nec acceptatam, nec moribus vrentium comprobant non ligat, & subditos, saltem quando non fuit observata sciente & tollerante Principi, cap. in istis 4. dist. Sicut enim moribus vrentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ sunt; ita moribus

moribus vrentium ipsæ leges confirmantur, l. de quibus, ff. de legibus, ubi: Leges nulla alia causa nos tenent, quam quod iudicio populi receptæ sunt, &c. Aritor. lib. 2. polit. cap. 6. dicit, quod lex nullam vim habet, vt illi pareatur, nisi ex more.

Legis atque non dicuntur transgressores, non seruantes leges non receptas, ex Quintiliano 116 Mandos. ad Lapum allegat. 36. in littera Q. & ex Ancharrano, lallon. Ioan. Gutierrez & aliis, tenet Cenedus in collect. ad decretales, col. 84. num. 2. & tenent infiniti penè Doctores tam Theologi, quam Iurista, quos retulimus in tract. de Regia protectione, 1. p. cap. 1. prælud. 5. à num. 321. vltra quos hic alios plurimos laudabimus.

Vndè Domin. Geminian. in §. leges, d. cap. de iuris, subdit, quod Princeps ꝑ videtur statuere à principio sub tali conditione; scilicet, si moribus vrentium approbetur, & sic habet de consuetudine tacitum consensum Principis, qui legem condendo, ipsam fecit subiectam tali conditioni; ergo non seruantes non dicuntur vitare contra præceptum superioris, hæcenus Geminianus.

Et quod lex Principis habeat tacitam hanc conditionem, ꝑ si à populo approbetur, & recipiatur; pluribus comprobato Romanus in conf. 330. à num. 16. vbi copiosè Horatius Mandos. in additione litter. M. Flamin. Paris. de resignat. lib. 8. quest. 8. num. 154. Gonzalez glos. 26. num. 1. & sequentibus; Grotianus disceptation. forens. cap. 202. num. 17. lib. 2. vbi, quod procedit,

119 ꝑ etiam si lex habeat clausulam irritantem, quia non habet locum non verificata conditione, Alexander. Ludouic. decis. 159. num. 7. Hieronym. Gongal. in dist. regul. 8. de alterna. glos. 66. n. 25. cum sequentibus, qui omnes receptissimam sententiam censent, quam sequuntur Felin. in c. 1. num. 6. & 7. de regua & pace, num. 12. vers. Sed si à principio noluerunt observare nouam, &c. Couar. lib. 2. variat. cap. 16. num. 6. vbi dicit communem: Beneintendi, decis. 13. num. 9. Duēnas regula 79. amplia. 3. Ioseph. Ludouic. decis. Perusin. 98. num. 1. Nauarrus conf. 1. constit. à num. 25. cum sequentibus; Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 2. Etasius à Cochier. de iurisdic. ordinari. in exempro, part. 1. quest. 5. à num. 8. Sayrus in clau. Regia. lib. 3. cap. 5. num. 14. Manuel Rodriguez quest. regulari, tomo 1. quest. 6. art. 6. & 11. alios plurimos recenset Augustinus Barbosa in collectan. ad capitul. 1. num. 9. de regua & pace. Putens decis. 1. lib. 1. Paul. Emilis Verralli. decis. 203. num. 1. & 2. part. 3. Facinacius decis. 415. num. 3. part. 2. nouissimo, Cardinal. Mantica de contrahentibus, lib. 5. tit. 13. num. 35. Marta de iurisdic. casu 19. num. 16. & 17. vbi dicit communem, & casu 94. num. 71. cum sequentibus. Petrus Surtudus conf. 38. num. 8. lib. 1. Malscardus de statuis, conclus. 8. num. 27. & sequentibus. Azobed. in l. 3. tit. 1. ib. 2. Recopil. num. 23. vbi alios allegat, & idem tenuerunt plures Theologi, Valquez 1. 2. tomo 2. disp. 156. cap. 5. num. 34. cum sequentibus; Suarez de legibus, lib. 3. cap. 19. vbi faterur communem; Bonacin. tomo 2. tit. de legibus, disp. 1. quest. 1. punct. 4. num. 45. Salas de legibus, quest. 69. tract. 14. disp. 13. sect. 1. dicit communem; Laiman. tom. 1. tract. 6. de legibus, c. 3. num. 3. vers. Tertium si lex in provincia; pag. 47. Castro Palao in suis operib. moral. tomo 1. tract. 3. disp. 1. punct. 3. num. 9. 10. & sequentibus.

Sequitur Gratian. in discept. forens. cap. 388. à num. 13. cum seqq. vbi ait: Quod dum disceptatur ꝑ de acceptatione Pontificalis constitutionis, antequam per vsum comprobetur, non ligat.

Et ipse Suarez in dist. tract. de legib. lib. 4. c. 16. num. 4. dicit legem ꝑ Canonice inducere obligationem præciliam, licet sit dura & difficilis, nisi verisimile sit, legislatorem ignorasse rei præcepta difficultatem pro tali loco, vel tempore, aut alia occasione; nam si probabiliter creditur hæc ignorasse, credi etiam potest, noluisse cum tanto rigore obligare.

Quia contrauentio, & obseruantia contraria paulatim vires legum, carumque pœnas, & censuras abrogat, & enervat, etiam si ab initio ꝑ irrationabiliter, cum peccato fuerit introducta, iuxta doctrinam Panormitan. in c. 1. de regua & pace, Syluester. verbo. Consuetudo, quest. 6. Caietan. 1. 2. quest. 97. art. 3. Soto lib. 1. de iustitia & iure, quest. 7. artic. 2. ad 2. Auila de censuris 1. part. dubio 8. & colligitur in cap. cum venerabil. de consuet. vbi glossa, Ioann. Andreas, & Panormitan. num. 5. lallon. in l. de quibus, n. 8. ff. de leg. Ancharran. Hostiens. Alexand. & alij plures, quos refert & sequitur Couar. in cap. quammis pactum, 1. part. §. 7. num. 12. de pact. lib. 6. Tiraquel. de pœnis temperand. causa 42. n. 1. & sequent. Anton. Gabriel. lib. 2. commun. conclus. tit. de maleficiis, conclus. 8. num. 16. Ioannes Gutierrez conf. 38. num. 1. Cardin. Tufchus, verbo. Consuetudo, conclus. 448. doctissimus Præceptor Noster D. Ioan. de Solozano in tract. de iure Indiar. lib. 2. cap. 24. num. 81. & cap. 14. n. 72. conferunt quæ inferius diximus hoc cap. à num. 146. vers. Ad cognoscendum, &c. & supra à num. 143. & sequentibus; & cum Vgolino, Azorio, Nauarro, & aliis probat hæc Moneta de conservatoribus, cap. 7. à num. 611. cum sequentibus.

Aded vt dubitans, an constitutio excommunicationem imponens sit vsu recepta, tutè potest existimare, & sequi opinionem, negantem receptam fuisse, ita vt nullatenus ligatus maneat constitutionis censurâ pro tuta opinione in vtroque foro; tenent Azorius institution. moralium, lib. 2. cap. 19. quest. 12. Salas in part. 2. 21. tract. 8. disp. unica, sect. 18. num. 169. Castro Palao tom. 1. disp. 3. puncto 7. num. 4. Emanuel de Moura opusculo 1. de censuris, & incantatione, sect. 1. cap. 5. num. 13. Anton. Diana resolut. moral. 4. part. tractat. 3. resolut. 14. Rebellius part. 2. lib. 1. de contract. in genere, q. 2. sect. 1. n. 2. §. 2.

Et quod lex Pontificia promulgata, vbi non sit recepta ꝑ à maiori parte populi prætextu rationabilis causæ, non obliget; tenent Nauarr. conf. 1. de const. quest. 5. Azor. institut. moralium, lib. 5. cap. 4. quest. 4. Suarez de legibus, lib. 4. cap. 16. num. 1. Ioann. Maio. in 4. distin. 15. q. 5. Salas vbi proximè, Laiman in summa Theol. mor. tom. 1. tractat. 4. de legibus, cap. 2. num. 4. vbi optimè alios allegat. Hieron. Gonz. glos. 26. à num. 1.

Et quod leges humane tam civiles quam Pontificie, si non sint vsu recepte, non ligent, nec obligent, probant Maffrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 3. num. 108. & vbi sequentibus; post Felin. Socin. Paris. Cephalum, Roland. & Ioseph. Ludou. Augustinus Barbofin collect. ad c. 1. disp. 1. punct. 3. num. 9. 10. remissis, ad Felin. Couarru.

Couarta. Benintendi, Didac, Perez, Dueñas, Gaillam, Rebuff, Hipolyt, de Marfill. Ioseph. Ludou. Nauarr. Fiam. Vaquez, Menoch. Cochier. Sayr. Gonga. Carrafum, Narbon. & Azor, idem Anton. Dian. mor. *refol. tract. 18. de leg. post Cochier.* Valentiam, Tanagerum, Filiucium, & Mirand. Vecanum, Sanctarellum, Reginald. Homobonum, & Nauarr. idem tenet Azebed, in l. 1. tit. 1. de las leyes, num. 8. singulariter etiam Villalobos in *summa, tit. de legibus, difficult. 16.* plures Doctores Theologos referens.

Certum est enim, ex tempore, loco, persona, & causa, regulas Canonum ꝑ subintelligi, atque ex diuersitate eorum temperari, vt docuit Iúdoerus, relatus in cap. 1. *distin. 29.* in hæc: *Sciendum est, quòd pleraque capitula ex causa, ex persona, ex tempore consideranda sunt, quorum modi, quia medullis non indagantur, in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur, text. in cap. regule Sanctorum Patrum, pro tempore, loco, & persona, & negotio, instante necessitate, tradita sunt, eadem dist. text. in cap. 3.* (qui continuatur etiam in sensu cum *dist. cap. regule Sanctorum*, proximè antecedenti) & sic prosequitur, in hæc: *Necessè est, vt iuxta diuersitates locorum, & temporum & humanam, quibus scripte sunt, diuersas causas, & argumenta, & origines habeant, & quomodò; Beatus Ioannes in Apocalypsi sua, septem scribens Ecclesie, in vnaquaque earum specialia reprehendit, vbi virtutes probat; ita & Sanctus Apostolus Paulus per singulas Ecclesias vln-*

neribus ꝑ medetur illatus: nec admittat imperitii medici vno Colyrio omnium oculos vult curare. 29. distin. qui quidem singularis est text. consonat text. in l. ideo 4 ff. quod certo loco, ibi: Pecuniarium quoque licet videatur vna, & eadem potestas vbiq; esse, tamen aliis locis facilius, & leuioribus vsuris inuenitur, aliis difficilius & grauioribus vsuris, nec retardat hanc regionum varietatem quod traditur in l. superuacuum, C. de temporib. in integr. restitut. in illis verbis, ibi: Ex differentie enim locorum aliquid induci discrimen, satis nobis absurdum visum, quæ tendunt ad rem longe diuersam, vt & rectè considerat Rea in decis. Granaten. disputation. 11. num. 25. & in cap. 2. distin. 4. qualitates Canonis recensentur, ibi: Erit autem lex honesta, iusta, possibilis, secundam naturam, secundam patriam consuetudinem, loco, temporique conueniens.

Quoniam cum Summus Pontifex vniuersali 126 ꝑ præsit Orbi, iuxta iura laudata, infra hæc 1. part. cap. 3. §. vnicò, num. 45. facillimè potest singularum Regnum & prouinciarum mores nescire, ac inde damna eorum ignorare, cuius intentio quidem est, illa inferre nolle iuxta text. in cap. 1. de constitutionibus, lib. 6.

Quippe vnaquæque prouincia abundat in 127 sensu ꝑ suo, cap. iu Quiritum 1. dist. cap. vnam, *distin. 76. l. obseruare, ff. de officio Proconsul. & variis corporis & animi affectionibus, & inclinationibus ducitur, l. quod si nolit. §. qui mancipia, ff. de adilit. editio iunctis aliis que eleganter notat Atiflot. politic. cap. 10. Cicero in oratione de prouinciis. consular. Euforus in locutionibus omnium nationum, Ioannes Boemius de moribus omnium gentium, Tiraquell. in l. 7. connobial. num. 12. & de nobilitate. cap. 12. Mantica in glossario class. 17. cap. 32. num. 1. Claud. Pratus Gonz. gener. iuris, lib. 3. tit. 4. cap. 3. qui inde*

rectè inferunt ad diuersitatem & varietatem morum. Et post Anchar. & Felinum dicit Gonz. 2. in regul. 8. glof. 26. num. 4. Quod multæ ꝑ leges moribus patriæ non conueniunt, & idèd permittitur calibet prouincia abundare suo sensu.

Mores namque singulares gentium sequi debemus, l. Labeo. ibi: *Morem ꝑ gentium sequi debemus, ff. de stat. lib. l. quidam, ibi: A maioribus nostris obseruatur, ff. de iure codicill. cap. cum venissent de institut. quorum quidem ignorantia in Pontifice in dubio præsumenda, provt ipse proficitur in cap. bona el. 2. §. intelleximus, ibi: Quia verò non ꝑ plenam de personis illius Regni noticiam habebamus, idòque non poteramus salua conscientia eidem Ecclesie in alia persona, quam de Regno Vngarie originem duxerit, congruè prouidere, nec vellemus ei præficere alienum, &c. De postulatione Prelatorum.*

Hinc fit, vt multæ constitutiones, & leges Pontificales, ꝑ ac motus proprij non obligent, quia non sint receptæ in aliquibus Regnis, & prouinciis, quia earum moribus non continere competum est, provt patebit inferius ex Doctores citatis, num. 59. vtr. Ad quod quidem varia.

Hinc ꝑ Ecclesia Orientalis ius Canonicum, & eius Canonem non recepit, vt ex alijs probat Carolus de Grassis de effectibus Clericatus in præfatione. num. 427.

Hinc etiam Concilium Trident. in aliquibus ꝑ Regnis & prouinciis non obligat, quia receptum non fuit, Nauarr. in *conf. 1. de constitut. quest. 7. & 8.* docet Salas de legibus, *dist. 13. section. 3. in fine.* Laitman. in *summa Theolog. moral. tract. 4. de de legib. cap. 1. num. 4. ad fin. plures refert Cenedas Canoniar. quest. cap. 21. per totum, vbi multa.*

Hinc Concil. Trident. *sess. 24. cap. 17.* in Hispania non ꝑ fuisse receptum, eò quòd post illius promulgationem, sicut antea vni plura beneficia simplicia conferuntur, & pacificè retinentur, probat Nicol. Garcia de beneficijs. part. 11. *capitul. 5. §. 3. num. 23.* Imò & alia decreta eiusdem Concilij Tridentini. in Hispania recepta non fuere, nec vsu admiffa absque reatu, nec obstat quod in Regnis Hispania fuit generaliter admiffum, & receptum, de quo supra hoc cap. à num. 43. & sursum ex eodem Nicolao Garcia.

Et quod constitutio 9. Iulij 3. non sit in vsu in Hispania Regnis, ꝑ & in prouincia Mediolanensi, testatur post alios Nicol. Garcia de beneficijs, 2. part. cap. 1. à num. 111. cum sequentibus. Sicut etiam Paulina constitutio, prohibens alienationem rerum Ecclesie, & nouam imponens formam alienationi, vltra ius commune non obseruatur in Regno Scotia, quia non fuit recepta, iuxta Rotam vt per Crescentium, *decis. 3. num. 4. de iure iurand. alias decis. 150. fol. 63.*

Et similiter Constitutionem Py præscribentem casus, in quibus ꝑ Ordinarij possunt admittere resignationes, in Hispania non fuisse receptam, sed ab ea ad Sedem Apostolicam supplicatum, probat Garcia 11. part. cap. 3. §. 3. à num. 270. & sequentibus. Saltem quoad illam partem constitutionis eiusdem, de non conferendis beneficijs resignatis conlanguneis, affinis, aut familiaribus Episcoporum.

Constitutionem etiam Gregorij XIII. disponentem

mentem resignationis, ꝑ & permutationis factæ coram Ordinario faciendam publicationem præcisè, non esse per vsu receptam in Hispania, firmat ipse Garcia par. 11. §. 4. num. 332.

Item constitutionem Sixti V. de habitu & censura disponentem cum pena priuationis ipso iure beneficij, hoc respectu, & parte non esse vsu receptam in Hispania, probat Garcia ipse, p. 7. cap. 1. num. 24.

Hinc Bullam Clementis VII. de largitione 138 ꝑ munerum prohibita religiosis sub penis, non fuisse receptam, ac idcirco non ligare, probant Stephanus Gratian. *disceptat. cap. 102. num. 17. tom. 2. Pater Megala, part. 2. lib. 2. cap. 17. q. 7. num. 65.* Ioannes Valerius verb. *Munera, n. 106.* Homobonus de casib. *refertur. part. 3. & Victorius in notis ad Manuale Nauarr. cap. 18. num. 105.* Homobonus de bonis in suo exam. *Ecclesiast. part. 1. tract. 7. cap. 30. quest. 123.* Megala *conf. 33. num. 17.* Tannetus in 2.2. *dist. 6. quest. 3. dubio 4. num. 107.* Scortia in *conf. Pontific. epist. 159. theorema 399. in fin.* Peirinus de Religione, *sub tit. 1. capitul. 2. quest. 2. §. 6.* ex communi sententia, ꝑ leges Pontificias non obligare, nisi recipiantur à subditis, de qua testatur Becanus in *summa Theolog. 1. tomo, part. 2. tract. 3. cap. 6. q. 8. num. 3.* Azor. 1. part. lib. 5. cap. 4. q. 1. Diana *refol. moral. tom. 1. tract. 6. refol. 1. per totam.*

Hinc motus proprius Py IV. Quoad fidei professionem ꝑ obligans Prælatos Regulares, cum in vsu non fuerit receptus in aliquibus Religio-

140 nibus, istas non ligare probat Alcanius Tamburinus in *tractat. de iure Abbatum, tom. 1. dist. 8. quest. 3. num. 3.* Hieronym. Sorbo. *manotus. ad compendium priuileg. tract. professio fidei, num. 3.* Sigifmundus Bonacin. in *tractat. de elect. par. 1. cap. 8. dubio 50. cap. 7. Villalobos in summa, tom. 2. tractat. 1. difficult. 6. num. 3.* Thomas Sanchez in *summa tomo 1. lib. 2. cap. 5. num. 3.* Pater Diana *refol. moral. tractat. 2. de dubijs regul. refol. 78.*

Pariformiter Bulla Gregorij XIV. super im-

141 munitate Ecclesiarum ꝑ disponens, in Hispania non seruatur, quia vsu recepta non fuit, vt testatur Fagundes de præcepto *Eccles. tract. 2. lib. 4. cap. 4. num. 46.* & ex Portel. Villadiego, Gambacurta, & Suarez, firmat Pater Diana *refol. moral. 1. part. tractat. de immunit. Ecclesiast. refol. 5. per totam, & iterum in refol. 39. in fin.*

Item quoque Regula Cancell. Clement. VII. 142 circa conseruatores ꝑ aliqua disponens, in aliquibus partibus non fuit recepta, nec obseruatur, vt testatur Moneta de *conseruatis. cap. 5. n. 151. & 152.* vbi comprobatur, & vide à n. 144. vbi ad litteram refert *dist. Regulam.*

Quare cum his Regnis Hispania dicta Bulla 143 Cænx, quatenus tangeret ꝑ præeminentiam, & Regaliam Regis Nostri consistentem in protectione vsu oppressorum; non fuerit vnquam recepta, sciens & tollerante Sede Apostolica, non debet obicere quoad ipsa eiusdem capitula, licet quoad cetera omnia sic; quoniam quando lex habet plura capitula distincta super di- 144 uersis rebus, & quod ad vnum, ꝑ vel alterum capitulum non fuit recepta, quoad ista non ligat, quoad cetera autem omnino. Ita post Valentiam, & Nauarrum, tradit Salas de legibus, *dist. 13. sess. 1. n. 7. vers. Tertio aduerso, pag. 292.* Quia limitata causa limitatum producit effectum, iura vulgaria, ad quam doctrinam alias

similes & singulares applicare poteris, de quibus infra 2. p. cap. 31. à num. 101. cum seqq.

Et in specie probant Vgolinus de *conseruatis, tabula 1. cap. 12. §. 10.* post Felin. *cap. inter alios, §. 1. num. 5. de constitut. ꝑ & latè tradit Ioan. Azorius in institution. moral. 1. part. lib. 5. cap. 18.* quòd latè etiam Ioann. Petrus de Moneta in *tract. de conseruatis. cap. 7. à num. 611. cum sequentibus;* vbi quod pro ea tantum parte censura Canonis ligant, pro qua fuerit receptum, pro parte autem non recepta non ligant, post Vgolinum, Azor, Nauarr. & alios.

Ad cognoscendum etenim, & iudicandum, an aliquis actus ꝑ sit licitus, vel illicitus; consuetudo, & obseruantia, quæ viget in aliqua prouincia attenditur, vt licitus habeatur apud omnes, probant Barr. in l. quis sit fugiuus, si apud Labeonem, ff. de adilit. editio, & ibi glossa, Oldradus *conf. 197. n. 7.* Ioannes de Amicis *conf. 154. n. 18.* vbi per consuetudinem contractus, qui ex se esset illicitus, fit licitus & validus, Tiraquell. de *retrac. conuent. ad fin. tit. n. 131.* Decianus, & plurimi alij Doctores, quos pro hac opinione allegat Cencius de *conseruatis, part. 1. c. 1. q. 4. n. 4. cum pluribus sequentibus, Rota decis. 124. n. 12.* apud ipsum Cencium, Robertus ad *pragmaticam 5. de conseruatis, n. 18.* & sequentibus. Bonacina *tom. 2. tit. de legibus, dist. 1. q. 1. punct. vltim. §. 3. vers. Præterea si dubium sit, pag. 71.* Fatinac. in *praxi, tomo 3. q. 91. n. 5.* Portoles ad Molinum *tomo 4. verb. Vsuræ, n. 12.* Thefaurus *lib. 1. q. 9. vers. q. 32. n. 5.* vbi quod ad valorem ꝑ constitutionis census attendatur Regionis consuetudo, Laitman *tit. de contractibus, sess. 5. tract. 4. cap. 8. de conseruatis, n. 10.* & sequentibus, & ad finem, ibi: Denique plures audiui, qui adeo contractum illum Germanicum in his Regionibus inualuisse, testantur, vt sine maxima negotiatione, & conuentionum iactura tolli non posse videatur; ergo non est causa cur contractum iniquitatis damnemus, &c. Quæ doctrina conducibilia rectè sunt, etiam ad articulum supplicationis immediate tractandum, quo plurimæ alia similes congregantur. Ex quibus omnibus securè affirmandum erit, quòd Bulla Cænx Domini (casu quo intenderet in aliquo detrudere Regalia) receptus ad Regem Catholicum non ligat in his Hispaniarum Regnis, cum recepta non fuerit in iis, quæ detrudere potest legitimo recurfu, ex eo quòd etiam & prouinciarum harum moribus nec congruit, nec conueniens est.

SECTIO IV.

A Bulla Cænx, quatenus tangat Regalias & præiudicium Regis, cautè stat humiliter supplicatum.

SVMMARIVM.

- A lege lata non appellatur, n. 148.
- Nisi allata in præiudicium certarum personarum, num. 149.
- A lege etiam Pontificia supplicari licet ex iusta causa, quando moribus alicuius Prouincia non conuenit, num. 150.
- Legem vniuersaliter latam, facillè accidit non conuenire moribus gentium omnium, num. 151.
- Ecclesia complectitur varia Regna habentia varios

varios ritus, & modos vivendi, ibidem. Supplicari potest à lege Pontificia per Regnum illud, cuius moribus non convenit, n. 152. & segg. Scientia universalis Pontificis non potest extendi ad particularia Regnorum, num. 153. Leges Canonice non recepte non ligant, n. 154. Supplicatio à lege Pontificia suspendit interim eius effectum, num. 155. & sequentibus. Fas est populi communi consensu suspendere legis effectum, animo supplicandi Principem, num. 157.

Dum disceptatur de receptione legis, nemo sua possessione priuatur, num. 158.

A Motu proprio Pij V. de censibus in Hispania non recepto ad Papam fuit supplicatum nomine Regis, num. 159.

Motu proprio Pij V. de censibus in Neapoli non fuit receptus, num. 60. nec in Sicilia, ibid.

A Breui Pij V. de iterum examinandis Religiosis semel approbati ad confessiones audiendas, ob scandalum inde ortum in Ecclesia supplicavit Philippus II. num. 161.

Quod ob id Gregorius XIII. postea reformavit ibid.

A Bulla Cæna in Capitibus tangentibus Regaliam protectionis vi oppressorum magis ex reuerentia Rex supplicavit, num. 162.

Supplicatio à Bulla Cæna suspendit eius effectum, ita ut licite Rex recusus vatur, n. 163.

Decretalis non conveniens iuri communiter observato in Provincia non admittitur in litibus, sed ad Pontificem referendum, num. 164.

Cap. Pastoralis de fide instrum. ponderatur, & interpretatur, ibid.

A Bulla Cæna pro maiori cautela, & Regis Regaliam securitate humiliter fuit supplicatum, n. 165. Titulus plures cumulare, siue certus, siue incertus de iure suo ad maiorem eius corroboracionem, & cautelam nemo prohibetur, num. 166.

Renunciare iuri suo non videtur impetrans illud iterum ex privilegio, num. 167.

Ius commune, & privilegium concurrentia ad idem non confunduntur, sed utroque potest quis uti, num. 168.

Per privilegium incompatibile cum iure aliis alicui competente, isti renunciatio censetur, n. 169.

Titulorum multiplicatio in beneficiis ad maiorem corroboracionem sui iuris non prohibetur, num. 170.

Ex titulorum incompatibilitate data in beneficiis defendi quis potest, non agere, num. 171.

Et quando debet eligere unum ex titulis incompatibilibus, ibid.

148 **V**AMVIS à lege lata per Summum Pontificem, aut Principem ꝛ Supremum non detur appellatio ex Bart. in l. fin. sub num. 3. de appellat. recipiend. latius Scaccia in tractatu de appellat. quest. 17. limitat. 20. Id tamen limitatur, si fuerit condita in præiudicium certatum personarum, vt puta contra vnum quaternum civitatis, vel ꝛ contra homines alicuius civitatis, Rota decis. 50. num. 6. cum segg. part. 2. diversorum, plura per Iacobum Cancercum variar. resolut. tomo 2. cap. 3. tit. de privileg. à n. 92. cum sequentibus, & alibi passim.

149 **A**b ea tamen supplicata licitum est ex iusta causa, quando ꝛ moribus alicuius Provincie inconueniens sit, tradunt Castro de lege penali,

lib. 1. cap. 1. fol. 8. sub littera B. ubi loquitur de lege per Principem temporalem lara, & idem de lege Pontificia, tradit Manuel Rodriguez quest. regul. tomo 1. q. 6. art. 7. Suarez de leg. lib. 4. cap. 16. num. 6. Salon. de censuris. tom. 2. artic. 3. disp. 4. concl. fin. Salas qui latè profequitur, de legibus, tract. 14. disp. 13. sect. 4. Anguiano de legibus, controuers. 5. num. 2. & per totam, & plures alij citandi.

Nam vt inquit Suarez dist. cap. 16. num. 17. eo ipso, quod lex vniuersaliter fertur, facile ꝛ accideri potest, ne congruat moribus, aut dispositionibus gentium omnium, pro quibus fertur, quod maxime contingere posse ait, in legibus Canonici, & Pontificis, que pro vniuersali Ecclesia feruntur: Ecclesia quippe complectitur varia Regna, & Provincias habentes varios ritus, & modos vivendi; vnde licet talis lex, regulariter loquendo, non sit inconueniens, vel nimis dura pro vniuersali Ecclesia. Idcirco licet respectu ꝛ totius non habeat locum supplicatio: nihilominus vni, vel alteri Regno aut Provincie potest esse nimis dissentiens à moribus eiusdem, contra & consuetudines illius, quas non solent Pontifices velle mutare, nisi id exprimat, sed potius conseruare, iuxta text. in cap. certificare de sepulturis. In tali ergo casu ratio postulat (inquit ipse Suarez) videlicet, supplicare Pontificem, quia scientia eius vniuersalis non potest semper ꝛ extendi ad hæc particularia; iuxta text. in cap. bono el. 2. §. intelleximus, de postulation. prelat. & hoc ipsum est à Pontificibus cautum in cap. 1. de cons. lib. 6. ex quo videtur colligi abique alia supplicatione à lege Pontificia ipsam esse vi illius constitutionis & iuris ipso facto non obligare in simili casu, nihilominus tamen quia potest contingere, vt casus non sit ita clarus & certus, quin sit conueniens noua declaratio Pontificis, ergo tali casu (inquit Suarez ipse) licita erit supplicatio, atque iuri consentanea.

151 Nam vt inquit Suarez dist. cap. 16. num. 17. eo ipso, quod lex vniuersaliter fertur, facile ꝛ accideri potest, ne congruat moribus, aut dispositionibus gentium omnium, pro quibus fertur, quod maxime contingere posse ait, in legibus Canonici, & Pontificis, que pro vniuersali Ecclesia feruntur: Ecclesia quippe complectitur varia Regna, & Provincias habentes varios ritus, & modos vivendi; vnde licet talis lex, regulariter loquendo, non sit inconueniens, vel nimis dura pro vniuersali Ecclesia. Idcirco licet respectu ꝛ totius non habeat locum supplicatio: nihilominus vni, vel alteri Regno aut Provincie potest esse nimis dissentiens à moribus eiusdem, contra & consuetudines illius, quas non solent Pontifices velle mutare, nisi id exprimat, sed potius conseruare, iuxta text. in cap. certificare de sepulturis. In tali ergo casu ratio postulat (inquit ipse Suarez) videlicet, supplicare Pontificem, quia scientia eius vniuersalis non potest semper ꝛ extendi ad hæc particularia; iuxta text. in cap. bono el. 2. §. intelleximus, de postulation. prelat. & hoc ipsum est à Pontificibus cautum in cap. 1. de cons. lib. 6. ex quo videtur colligi abique alia supplicatione à lege Pontificia ipsam esse vi illius constitutionis & iuris ipso facto non obligare in simili casu, nihilominus tamen quia potest contingere, vt casus non sit ita clarus & certus, quin sit conueniens noua declaratio Pontificis, ergo tali casu (inquit Suarez ipse) licita erit supplicatio, atque iuri consentanea.

Et cum Granado in part. 1. contra tract. 3. part. 1. disp. 7. num. 6. Maldet. in part. 2. quest. 90. artic. 3. dubio 2. folio 341. colum. 1. Salas, Suarez, & alii pro veriore resoluunt Antonius Diana in resolut. moral. tomo 1. tract. 10. de legibus, resol. 6. & Villalobos in summa, tomo 1. tract. 2. dubio 16. num. 6. ubi sic ait: Las leyes Canonicas, sino ꝛ se recibien, no obligan, de la qual conclusion se sigue: que si se suplicasse de las leyes del Pontifice, tambien se suspenderia su efecto, como dize Felino, y otros, y consta de la costumbre que ay en muchas Provincias de la Iglesia, que supplican al Pontifice, y el passa por ello, &c. Cuius ratio est, quia talis præsumitur rationalis voluntas legislatoris; nam posita aliqua iusta causa, consonum videtur, vt subditi habeant aditum ad legislatores pro reuocanda lege, & interim non obligentur illam ꝛ feruare, donec legislator mentem suam explicauerit, quam reddunt Diana, & ceteri Doctores relati.

154 Omnes insuper supradicti citati Doctores (vno dempto Manuele Rodriguez) ꝛ tenent, quod si ex causa iusta & rationabili supplicatum fuerit à lege lata per Principem temporalem, vel à constitutione Pontificia; potest licite suspendi eius executio, Suarez vbi sup. lib. 4. cap. 16. num. 8. Bañez, & Salon, quos sequitur Salas dist. sect. 4. num. 21. & sect. 1. sub num. 2. dicens: Eus esse communi consensu ꝛ populi, vel Principis

157 **C**ipis inferioribus suspendere aliquantulum executionem legis, animo supplicandi ad superiorem legislatores, & dum expectatur responsum legislatoris, non peccabunt, qui legem non obseruauerint, &c. hæc Salas. Idem etiam tenet Anguiano de legibus, controuers. 5. n. 8. & n. 9. Rota decis. 50. part. 2. diuersar. Vbi quod dum ꝛ controuertitur, an lex sit exequenda, non debet quis sua possessione priuati prætextu legis vel statuti. Cui doctrinæ consonat quod determinauit Rota, vt per Ludouicum decif. 289. per totam, vbi bene per Oliberum Veltami in adnotat. per Nicol. Garcia, Sirdum & alios. Quod virtute priuilegij, vel tituli habentis statum implicitum, an sit validum, vel nullum, puta quia factum dicatur à Pontifice schismatico, interim ante declarationem prodest possidenti. Ad quod quidem varia exempla præ manibus habemus. ꝛ Etenim Motu proprio Pij Papæ V. circa census constitutionem disponens, in Hispania receptus non fuit, & ab ea constitutione Regni nomine humiliter fuisse supplicatum, cauetur in l. 10. tit. 15. lib. 5. Recopil. interimque eius effectus est suspensus, nec ad determinationem causatum admittitur, vt in terminis probant Bernardus Diaz in practica Canonica, cap. 88. Gutierrez lib. 2. pract. quest. ciuili. quest. 177. in fin. sentit Lafarte in tract. de decima vendition. cap. 10. num. 2. & num. 10. in fin. Manuel Rodriguez in explanation. eiusdem motus pro Pij V. in princip. latè Gaspar Rodriguez de annuo redditibus, lib. 1. quest. 4. à num. 28. & 29. Salas de legibus, disp. 13. sect. 4. num. 21. versic. Consentit Bañez pag. mibi 297. Salon de iustitia, tomo 2. tract. de casibus, art. 3. controuers. 4. versic. Secundo affirmant, col. 1277. Ledesma in summa, 2. part. tract. 8. cap. 34. versic. A esta duda se responde, pag. 460. & vterque Rodriguez locis citatis trahunt ad litteram petitionem Regni, qui respondent Rex: A esto vos respondemos, que el proprio motu que dezis, no està recibido, antes se ha suplicado del por el Fiscal de nuestro Consejo, adonde se ha hecho justicia en los casos que se han ofrecido, &c.

158 **P**ariter nec in Neapoli iste motus proprius fuit ꝛ receptus, vt testatur Molfes. in summa, tomo 2. tract. 12. cap. 6. num. 82. Gaito de credit. cap. 2. part. 7. num. 22. nec in Sicilia receptus fuit, vt per Maltrill. decis. 262. num. 2. p. 3. Pariformiter Constitutionem Pij V. præscribentem casus, in quibus Ordinarij possunt admittitè resignationes, ob supplicationem interpositam ad Sedem Apostolicam in Hispania non fuisse receptam, testatur Nicol. Garcia de beneficiis 11. p. cap. 3. §. 3. à num. 270. & segg.

159 **H**inc cum publicaretur breuis Pij V. vt Episcopus ꝛ successor potuisset iterum denud examinare Religiosos semel examinatos & approbatos ad confessiones audientias à suo prædecessore, Philippus II. Hispaniarum Rex ab eo supplicauit ad eandem Sedem Apostolicam, ob tumultus & scandala inde orta, & timenda, & ob grauiam inconuenientiam: Gregor. XIII. Pontifex maximus, illud postea reuocauit melius informatus, anno 1572. qua reformatio repetitur in Bullario, tom. 1. pag. 1208. & sequentibus. Alia quamplurimè a exempla concicimus superius hoc eodem capite circa receptionem Bullæ in Cæna, sectione 3. à num. 114. cum multis sequentibus, per totam sectionem.

Similiter igitur quamuis à capitibus eiusdem Bullæ Cæna, quatenus sub generalitate & inuolucro verborum tangerent ꝛ recursum ad Regem, & retentionem Bullarum debito modo factam, non erat necessaria supplicatio, quia vt vidisti superius à num. 54. cum multis sequentibus, & sectione 1. à num. 82. per totam, nihil detrahunt Regalæ, & præminentie Regis nostris: nihilominus ad omnimodam securitatem, & maiorem cautelam, neque ex eorum capitulorum generalitate ignari forsitan diuersimodè sentiant, vel dubitandi aliquod vestigium subsit, aut serupulus, idèd per parte suæ Maiestatis supplicatum fuisse ab eisdem, testatur Morla in empirio iuris, 1. part. tit. 4. q. 14. n. 8. in fin. Cenedus in quest. canon. q. 45. n. 36. subdentes huiusmodi supplicationem de iure Canonico operari effectum suspensiuum, eaque interposita rectè posse recursum & protectionem ꝛ vi, præsertim, cum timeatur scandalum, vel aliud graue inconueniens in tota Hispania, si hæc antiqua inmemorialis consuetudo hæctenus vtrata, hoc que tam salubre refugium à miseris oppressis mortisque gentium mirè inuentum, & introductum suspenderetur, quod ex hæctenus iuridicis assertionibus fortis comprobatum remanet per totam hanc sectionem 4. ac vterque ex iuribus in cap. sequent. citandis in versiculis. Hanc istamque ob causam, &c. à num. 13. Ad quod est text. expressus in cap. pastoralis 8. de fide instrumentorum, in hæc: Pastoralis, &c. Et infra, ꝛ auctoritate presentium auximus statuendam, vt cum decretalis aliqua, de qua iudex merito dubitet, allegatur, si eadem iuri communi sit consona, secundum eam non metuas iudicare, cum non tam ipsius, quam iuris communis auctoritate procedere videtur; verum si iuri communi sit dissona, secundum ipsam non iudicet, sed superiorem consulas super ea; hæctenus Pontifex, qui superius caudam in executione decretalis, vbi iusta causa aderit, tribuit facultatem.

Itaque vt dictum est pro maiori reuerentia Sedis Apostolicæ, ꝛ nec non maiori cautela, & securitate Regis Regalæ, vt in totum secuta semper remaneat, & tuta; ab eadem Bulla (quatenus forsitan generaliter, & confusè, licet non in particulari obesse possent Regio recursum huius) supplicatum fiat pro parte suæ Maiestatis, ad maiorem sui iuris securitatem, & corroboracionem, argumen. l. inutiliter. ff. de leg. 1. abundans quippe cautela non solet esse noxiua, l. non solent. 94. ff. de regul. iuris, l. testamentum 17. cum vulgaribus, C. de resam. pro vt vulgate esse proterbum inter Iurisperitos, dicit Diuus Augustinus lib. 4. de ciuitate Dei, cap. 17.

Cum nemo prohibeatur plura iura, & titulos cumulare, tam ad sui iuris confirmationem, ꝛ cum de eo certus est, quam ad maiorem cautelam, quando de eo dubitat, l. 4. ff. ad legem Falsidiam, cap. Sacrorum 11. q. 2. cap. post electionem, de concess. prebende, cum aliis quæ plenè congerit Felinus in cap. in nostra. 2. de rescriptis, Ludou. Roman. cons. 350. n. 13. Paul. Castren. in liquidam, §. sed cum veteres. n. 2. C. de necessar. seruo. hered. instituit. Zazius in l. 3. §. ex pluribus. n. 34. ff. de adquirenda. possessione. Ofredus cons. 17. num. 56. Causalinus mililoquio 773. Ceruantes in l. Tauri, n. 66. & 72. Menochius lib. 4. per totam, Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 2. num. 11. in fin. & num. 14. & cap. 7. num. 70.

Hinc provenit verior illa resolutio, quod quando quis impetrat per privilegium illud 167 ¶ idem, quod sibi de iure communi compete- bar, non dicitur iuri suo renuntiare, quando non adest incompatibilitas, repugnantia, seu contrarietas cum iure suo, quod quidem nec diminutionem aliquam, aut confusionem patitur, nec renuntiationem inducit, sed potius vnum ius alterum confirmat, ac iuvat, & electum manet, aut etiam simultaneum, si (vt diximus) se invicem non impediunt, cap. post electionem, de concessione prebend. vbi Abb. num. 4. & in cap. veniens, num. 18. & in cap. auditu de prescrip. cap. cum persona, §. cum si tales, de privileg. lib. 6. cap. cum dilectus, de consuet. & est optimus text. in l. forma, §. fin. ff. de censibus, ibi: Si quis veniam petierit, vt sibi censum emendare permittatur, deinde post hoc impetratum cognoverit, se non debuisse hoc petere, quia res emendationem non desiderabat, nullum praedictum ex eo, quod petit, vt censum emendaret, fore, sepissime rescriptum est; vbi glossa verbo, Rescriptum, alios concordantes allegat. l. fin. C. de repudiari. hereditari. per quam solam, sic post Bald. Alexandrum, & alios quos refert, docet Molina de primogen. lib. 2. capitul. 10. num. 95. ibi: Nam quoties concurrunt quoad aliquid ius commune, 168 ¶ & privilegium, non confunduntur, sed potest quis quo ad id vti iure communi, & etiam privilegio, optime prosecutus diligentissimus Praeceptor noster laude omnidignissimus D. Ioann. à Solotzano in tract. de iure Indiar. lib. 3. cap. 1. à num. 56. & sequentibus, vltra quos idem probat Anton. Gomez in l. 45. Tauri, num. 97. & 98. & Ioannes Andrea Monach. & Dominic. in dict. cap. cum persona, & Traucta conf. 16. num. 6. Decianus conf. 13. num. 1. col. 2. pulchre etiam Decius conf. 271. num. 19. Rodericus Suarez conf. 10. n. 65. Roman. conf. 350. num. 14. Mandol. in addit. ad ipsum Roman. conf. 433. in littera E. lacillime pro vtraque parte disputans, & resoluit Iacobus Cancrer. variarum resolutionum. tomo 2. part. 3. cap. 3. à num. 81. cum multis sequentibus.

At secus erit, quando inter ius iam competens, & ¶ impetratum per privilegium adest incompatibilitas, & contrarietas, quia tunc sic impetrans videtur iuri suo renuntiare, argument. cap. veniens, de prescrip. l. si mulier. 8. fin. ff. de eo quod metus causa, l. scilicet, vbi gloss. verbo. Mutande, ff. de seruitu. l. depupillo, §. meminisse, ff. de noui oper. numpt. quae iura sic loqui & intelligenda esse sub praefata distinctione, probant supra citati Doctores, & plura fundamenta, doctrinas, & iura, pro hoc distinctionis membro videre poteris apud Iacobum Cancrer. vbi proxime per plures numeros.

Ex qua doctrina inferitur, quod titulum multiplicatio etiam ¶ in beneficialibus ad maiorem cautelam, & maiorem iuris sui corroborationem non prohibetur, vt per dict. c. post cessionem de concess. prebend. saepe tenuit Rota vt per Castiad. decif. 291. num. 5. super regul. & decif. 31. de causa possessione & propriet. Verall. decif. 280. lib. 1. in manuscriptis, Rota vt per Nicol. Garcia de benefico. 5. part. cap. 1. sub num. 591. ad fin. decif. adducta. & 6. part. cap. 4. sub num. 39. in decision. ibi. post medium, & in vna Virtuden. Canonizatus 6. Marij 1595. de qua per eundem Garciam 5. part. cap. 3. num. 43. tenet Gonzal. de alternat. glof. 52. num. 54. Rota vt per Cocci-

num decif. 317. num. 4. & in decif. 47. num. 20. quae decisiones videntur insinuate, esse speciale in beneficialibus, admitti titulum etiam incompatibilium multiplicationem, vt in dict. decif. 47. num. 20. ibi: Postremo, quod dicebatur ius Francisci Alphonsi esse incomparabile cum iure quod Ioannes habebat ex resignatione Petri, non fuit habitum in consideratione cum in beneficialibus admittatur multiplicatio titulorum, &c.

Sed tu declara verum esse multiplicationem hanc in beneficialibus admitti, ita tamē ¶ quod 171 vbi datur incompatibilitas titulorum, defendi possit ex vtiliori, non vero agere, vide D. Ioann. Solorzan. de iure Indiarum, lib. 3. cap. 1. à num. 65. & 66. & sursum. Quia tunc cogitur actor vnum ex titulis incompatibilibus eligere; & ita intelligi debent dictae Rotae decisiones, & concludit Rota decif. 570. à num. 2. vt per Farin. in posthum. tom. 1. fol. 520. Quia dicitur, quod quando in electo concurrunt plures tituli habentes contrarietatem, vnum eligere tenetur, vt intelligatur quando electus, & beneficiatus vult agere ex duplici titulo incompatibili & contrario, nam tunc opinor indubie, audiendum non esse, sed vnum quem malucit eligere cogatur aduersario desiderante, per communem Doctorum resolutionem, & distinctionem, quam etiam in terminis sequitur Augustinus Barbosa in tractat. de iure Ecclesiast. lib. 3. cap. 13. à num. 212. videndus.

SECTIO V.

Tollerantia S. Apostolicae, quam sit effica- x ad iustitiam recursus pro retentione litterarum, semoto etiam proprio iure, & Regalia Regis. Vbi motiua aliquot neotericorum contraria examinantur, & aperte diluuntur.

SVMMARIVM.

Recursus ad Regem pro tollenda violentia ex executione litterarum in damnum Reipublica competet Regi iure proprio, & est Regalia ipsius, quae in Bulla Caena non prohibetur, & ideo nec tollerantia Papa eget, num. 172.

Tollerantia Pontificum legitimum praestaret titulum ad iustitiam recursus retentionis, quando in Bulla Caena comprehenderetur, num. 173.

Consuetudines aliquot contra libertatem Ecclesiasticam, per tollerantiam longissimam Pontificum sustinentur & iustificuntur, num. 174.

Per Bulla Caena publicationem tolli consensum omnem Pontificis in aliquibus casibus, verum non esse probat Diana, num. 175.

Qui cum aliis loquitur in consuetudinibus contra libertatem Ecclesiasticam, contra quam non fuit inuentus recursus pro tollenda violentia, sed in eius fauorem, num. 176.

Retentionem litterarum in Hispania iustificat tollerantia Pontificum, eo quod in eandem spiritualis regimini vtilitatem vergit. n. 177.

Doctores aliqui Theologi volentes enervare robur tollerantiae in recursu ad Regem recensentur, & examinantur, num. 178. & seqq.

Per

Per Bulla Caena quotannis publicationem tolli consensum Pape ortum ex tollerantia recursus, & consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam, qui dixerint, num. 179.

Tollerantiam Pontificam cum scientia non inducere sufficientem consensum ad iustitiam recursus pro tollenda violentia, & consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam, qui dixerint, n. 180.

Tollerantiam Papa non esse approbatam animo inducendi, vel confirmandi consuetudinem contra libertatem Ecclesiasticam, sed vt scandalum vitetur, qui dixerint, num. 181.

Tollerantiam Pontificam inducere consensum approbatum in consuetudinibus aliquot contra libertatem Ecclesiasticam, plurimi Doctores tenent, num. 182.

Tollerantia Pontificum super recursibus pro tollenda violentia, non cadit super consuetudine contra libertatem Ecclesiasticam, vti falso supponunt aliquot Theologi, num. 183. & num. 184.

Recursus pro tollenda violentia, qui non est contentus in Bulla Caena, per quamlibet eius publicationem non inficitur, num. 185.

Recursus pro tollenda violentia, est comprehenderetur in Bulla Caena, siante tollerantia per rotacula eius publicatione subsequuta non includeretur, sed foret praesertat, num. 186.

Generalis pronisio non extenditur ad eos casus, qui habent specialem prouidentiam, num. 187.

Tollerantia Principis habet vim dispensationis, confirmationis, & consensu, num. 188.

Tollerantia Pontificum in recursu pro tollenda violentia prouenit ex animo approbandi, ex natura negotij conformis iuri naturali, & diuino, & pro vtilitate publica, num. 189.

Tollerantia recursus non oritur à causa vitandi scandali, sed ex agnitione Pontificum, vilem esse & necessarium recto vtriusque Reipublica regimini, num. 190.

Iste Pontificum animus ex multis colligitur, ex Bulla nempè Martini V. num. 191.

Et ex aliquibus epistolis Pontificum, & Regum Catholicorum ad inuicem missis, num. 192.

Quas concordata vocauit Diana, num. 193.

Epistole Papa, & Principis legis vim habent, & pro lege possunt allegari, num. 194.

Animus Pontificum approbans recursus ex eo colligitur, quod aliqua verba rigidiora illum respicientia, noniter fuerit sablata à Bulla Caena Domini, num. 195.

Regalia recursus pro tollenda violentia, plurimi Theologi vocant privilegium, num. 196.

Privilegia, ex quibus competit ad Principes cognitio de aliquibus causis spiritualibus non sunt reuocata per Bullam inuixta magis receptam sententiam, num. 197.

Privilegia Regum obtenta à Sede Apostol. ob remunerationem circa iura spiritualia Summus Pontifex debet reuocare, num. 198.

Pontifices multum deferunt Regalis, & consuetudinibus immemorialibus Principum Christianorum, circa res spirituales, maxime in Regno Hispania tam remoto à Sede Apostol. num. 199.

Animus approbans recursus pro retinendis litteris colligitur ex Bulla Caena, qua expressè permittitur, num. 200.

Supplicatio ad Papam humilitatis & reuerentiae indicatua ostendit potentiam supreme Maiestatis S. A. quam hac Regalia priuare velle non est verisimile, num. 201.

Recursus pro retentione litterarum nunquam impugnant Rota, num. 01. & num. 203.

Tollerantia Pontificum approbatua recursus multis iustissimis vtilitatis rationibus applicari potest, non vitando scandalo, vt putarunt Theologi aliqui, num. 204.

Animus alicuius directè probari nequit, sed ex verbis eius, aut actibus externis, n. 205.

Tollerantia recursus tamesi prouenerit ex vitando scandalo, non ideo tollerantia effectus enervantur, num. 206. & sequentibus.

Multa per patientiam tollerantur, quae si in iudicium deducerentur, non tollerarentur, quomodo intelligatur, num. 207. & sequentibus.

Tollerantia Papa post impletam praescriptionem integram ius, & omnes effectus dispensationis, & approbationis integre consequitur, ibidem.

Tollerantia Papa, pro vitando scandalo in iuribus pertinentibus ad Sedem Apostolicam, post completam praescriptionem praestat integrum ius tollerato, non antea, num. 208.

Cap. nihil de praescriptionibus, & cap. nisi essent de prebendis, ad id interpretantur, & versus intellectus adducitur, ibidem.

Tollerantia Papa ob scandalum vitandum maiorem praestat causam ad dispensandam, & magis Papam arietat, num. 209.

Propter pacem firmandam, & pacem, vt cesset scandalum; facilius redditur Papa ad dispensandam in prohibitis, num. 210.

Tollerantia Papa, non praestat apparitionem, nec dispensationem statuti contra ius diuinum, num. 211.

Tollerantia Papa in iis, quae non sunt contraria iuri diuino, approbationis, & dispensationis vim habent, num. 212.

Tollerantia Principis in iis quae non dependunt à sua potestate, nihil operatur, num. 213.

Theologi negantes effectus tollerantiae Pontificum in recursibus falso autumant, recursus esse contra ius diuinum; num. 214.

Recursus pro tollenda violentia sunt conformes iuri naturali, & diuino, & in fauorem libertatis Ecclesiasticae, num. 215.

Recursus pro tollenda violentia vti rem tam grauem non tollerarent tandiu Pontifices, si vtiliter non indicarent vtriusque Reipublica, num. 216.

Recursus pro tollenda violentia, si Pontifices iudicarent iuri naturali aut diuino, necnon libertati Ecclesiasticae obtuere, vtiliter resisterent, & non tollerarent, num. 217.

Sicuti in similibus fecisse, & passim facere pro salute animarum, & Pastoralis officio, ostenditur ex multis Canonice decretis, num. 218.

Pontifices tollerant recursus ad Regem pro tollenda violentia, agnoscentes ita vile & necessarium esse vtriusque Reipublica bono regimini, num. 219.

Tollerantia Pontificum multum operaretur ad recursus iustitiam, quando ea egeret Rex, cui hac regalia competit iure proprio, & ex debito Regalia officij, num. 220.



VANDU recursus ad Regem pro tollenda violentia orta ex executione litterarum Apostolicae, in pernitium Reipublicae obtenturum, non foret proprium ius, & Regalia ipsius. Et ¶ consequenter quando ex 172